

Verum huic vultus, mens animi, tuor
Converte, quis nam huius filiolus jacet?
Hic cuius est infans tenellus?
Fesulusne est puer ille bellus?

Proper venis, o hospes amabilis,
Et gratus! ager non tibi somnunculus
Sordet: pericla accedis ultro:
Quas tibi quo referam ore grates?
Ab magna Rex! o maxime coelitum!
Cur quae sortem tam miseram subis?
Tano rigenti tene voltum,
Et stipula video iacentem!

Mundus tamen si marmore frigidus,
Auroq; fines multiplicet suos,
Tantu paratu et mole cunis
Non fored utilis tenellis.

Lecti tui volumina stupet
Panni ficere, et gramina aegrestia:
Hic tu superbis, cau. sic ipsa
Astrigere domus alta coeli.

Sed sic volebas, sic placuit tibi,
ut me doceres iudicium tuum:
Te namq; coram totus orbis
Sordet, et esse tutum videtur.

O plus orellis! plus anona mihi
Dilecte! melle o Fesule dulcior!
Dia manu sub cordis ima
Sterne tibi nitidum grabatum.

Et tunc videbis me immemorem dici
Non ulla: gratus semper ero tibi:
Semper chordas dictitabis
Pes tibi, lingua melosq; psallet.

Laus sit Parenti fidero, suum
qui sponte nobis filiolum dedit,
Hinc angeli gaudent, caruntq;
Mellifluum Entheo ab ore carmen.

Tobias Schnitzerus
Golicenf.